



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Theologia Moralis

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

**Busenbaum, Hermann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1714**

Q. 133. An dispensatio impedimenti prosit ignoranti vel invito.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42682**

971. Q. 133. An dispensatio impedimenti profit ignorantem vel invito. R. §. 1. Quando idem impedimentum afficit utrumque contrahentem, uti est v.g. consanguinitas, satis est, quod unus contrahentium petat & acceptet dispensationem, tum enim etiam dispensatur cum altero quamvis ignorante, quia hoc ipso, quod tollatur inhabilitas ab uno respectu alterius, debet etiam tolli inhabilitas alterius, uti dictum est n. 853.
972. §. 2. Si impedimentum afficiat unum tantum ex contrahentibus, valebit quidem dispensatio impetrata etiam nescienti, sed ut effectum habeat, docent *Sanch.* l. 3. d. 36. n. 2. & post eum *Gob. tr.* 9. n. 641. *Burgh. cent.* 3. ca. 89. debere acceptari, imprimis quia est quaedam donatio, quae acceptatione eget, deinde dispensatio semper videtur habere hanc contritionem imbitam, si dispensando ita placeat, uti etiam privilegium seu gratia, secundum dicta l. 1. num. 841. Nilominus probabile etiam est, quod profit ignorantem, imò & invito, quia non apparet, cur inhabilitas ab utroque tolli non possit, uti tenent multi apud *Sanch.* supra, & cum *Dian.* p. 8. tr. R. 86. & 87. sicuti reservatio peccati, irregularitas &c. possunt tolli ab ignorante & invito quia pendent à sola voluntate Superioris. Imò non apparet, cur aliquid, quod habet se per modum gratiae, conferri non possit invito, nisi iura aliter statuunt, sicuti statuerunt, ut dispensatio pro Beneficio non habeat vim, nisi sit acceptata. De cetero Deus dat multas gratias peccatoribus ignorantibus & invitis. Item potest quis etiam invitus absolvi ab excommunicatione, aut dispensari in voto, uti docet ipse *Sanch.* *Decal.* l. 4. c. 24. n. 26. Quid autem dicendum



fit de dispensatione perita à S. Pœnitentiaria videri potest *Busenb.* relatus l. 1. n. 796. in resol. 10. & quod dixi hic n. 959.

Q. 134. Quid addendum sit de dubio circa potestatem dispensandi vel dispensationem ipsam. R. §. 1. Univerſim dixi l. 1. n. 798. potestatem dispensandi esse rem favorabilem, adeoque latè interpretandam: è contrà dispensationem esse rem odiosam, adeoque restringendam; quæ sententia est communissima inter Theologos & Canonistas, uti videri potest apud *Sperell.* decis. 112. à n. 73. Et consequenter, si dubitetur, attamen communiter putetur, quòd potestas dispensandi se extendat ad hunc vel illum casum aut circumstantiam, judicari potest, quòd extendatur, & quamvis postea declararetur re ipsa defuisse potestatem, nihilominus validè esset dispensatum, quia ubi adest error communis, bona fides, & titulus saltem coloratus, Ecclesia supplet; uti dictum est n. 42. 528. 534. licèt non ita suppleat, quando est error tantùm privatus secundùm dicta ibidem. E contrà, si dubitetur, an dispensatio concessa se extendat ad hunc vel illum casum, aut circumstantiam, judicari debet non extendi.

§. 2. Si Jus concedens dispensari expresserit 974. causam, ex dictis n. 389. colligitur etiam extendi ad casum, in quo reperitur eadem causa, similiter dixi n. 823. dispensationem extendi etiam ad illa, quæ necessariò connexa sunt, & sine quibus dispensatio nullum effectum haberet.

§. 3. Quid tenendum sit in dubio, an adsit 975. causa sufficiens dispensandi, & an ulla causa adsit, item an hoc, quod falsò narratum, vel malè subiectum est, fuerit causa finalis, necne, dixi l.

or.  
dix  
dix  
VIII